Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dissent custodes ama
rissime plorabant dicen
tes Hester est sanctus dei quia
actenus non consensit
erga se talia fieri. Et
conuersi ad beatum nycola
um hac flebili uoce ut
fertur allocuti sunt eum
O domine o pater sanctissime
cur nos deseris aut cui
nos relinquis afflictos
multis miseris. Ecce enim
elegisti et assumpsisti tibi
alienigenas et quasi pro
iciens abiecisti proprias
pascue tue ouiculas. Ec
ce uidens pro nichilo du
xisti obsequia seruitutis que
impensa sunt glorie tue a pro
genitoribus nostris cum no
bis non prosint eorum me
rita ut digni simus tui
patrocinii presentia. Quid
dicemus ad hec domine et pater
sanctissime. Fatemur qui
dem hanc diuisionem
merito nos sustinere qui

nunquam seruiuimus tibi dig
na uenerone neque debi
to obsequio aut deuotio
ne quinquidem et ciues pa
trie nostre sicut pium pastorem
oportuit facere. ate premo
niti noluissent ad custo
diendum te tuos quoque reuerti
qui prius subtraxerant se a
custodia patrocinii tui.
Sed tamen memento nostri domine
ubicumque sis locorum et noli ob
liuisci pauperum tuorum
et sicut propicius iam factus
es alienis in quibus preui fortasse
disti maiorem fructum et
meliorem quam in nobis
te recepturum fore de meri
tis beneficiorum tuorum ita et
clero et populo tui episcopatus quem
in mirea ciuitate pastor
egregius gubernasti benignus
et clemens sis omne per euum.
Particulas sacras iuuenis tu
lit immaculatas. Interea iuuenis
ille sanctissimi corporis reliquias
diligenter perquirens omnes illiba